

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9623

Auteur(s) : Gilbert de Vilers [particulier]

Bénéficiaire(s) : Aunay-sur-Odon, Notre-Dame d'Aunay (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1196

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume de Semilly donne aux moines de Notre-Dame d'Aunay[-sur-Odon] tout sa réserve seigneuriale qu'il avait entre les Monts de l'Ancre et le vivier des moines. Il leur assigne 16 acres et demie de cette terre en échange de la dîme de son moulin à Aunay que ses ancêtres leur avaient offerte.

Tableau de la tradition

Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H778.

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Dans son étude sur l'abbaye d'Aunay, G. Le Hardy a publié l'édition d'un acte de la même date et du même auteur : HARDY, Gaston, Étude sur la baronnie et l'abbaye d'Aunay-sur-Odon, Caen, 1897, Pièces, n° 13, p. 278 (SCRIPTA 8469). Bien que Le Hardy indique la source de son édition « Arch. du Calv., F. d'Aunay, n° 16 » (p. 278), ancienne cote de ce présent document, il est très difficile de penser qu'il a réalisé sa transcription d'après ce manuscrit puisque le texte édité par lui et les témoins indiqués sont très différents que cet acte. Il est possible que Le Hardy ait transcrit un autre acte aujourd'hui disparu.

Texte d'après A

Notum sit presentibus et futuris quod ego Willelmus de Similleio, anno ab incarnatione Domini M°. C°. XC°. VI °, dedi et concessi Deo et Sancte Marie de Alneto et monachis ibidem Deo servientibus, pro salute anime mee et patris et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum, totum dominium meum quod habebam inter Montem de Lenche et vivarium monachorum sicut via que descendit de Monte de Lenche per retro hamellum quod dicitur Riboleria ad domum Rogeri Coorde et usque in rivulum qui ibi est disternat, et exinde sicut idem rivulus descendit usque ad caput masuagii Nevoet. Exinde vero, sicut clausura monachorum probat que tendit versus Alnetum Borninc in rivulum qui defluit inter tenementum Hugonis de Molendino et dictam terram usque in predictum vivarium monachorum. Ea vero ratione id actum est quod sexdecim acras et dimidiam predictae terre dictis monachis pro escambio decime molendini mei de Alneto, quam decimam antecessores mei dictis monachis in perpetuum contulerant elemosinam, assignavi. Reliquum vero predictae terre in puram et perpetuum pro anima patris et matris mee assignavi elemosinam. Ex altera vero parte dicti vivarii assignavi dictis monachis duas acras terre et unam virgatam sitas circa domum Willelmi filii Osberti, et circa quarrarias Hugonis de Molendino, quarum due acre sunt pro escambio duarum acrarum terre quas Waleis venator illis ad mortem suam in elemosinam contulerat, que due acre in dominium meum revertuntur, virgata vero est pro supplemento sexdecim acrarum et dimidium

prenominatarum. Has autem donationes feci liberas et quietas ab omni servitio et auxilio et consuetudinem et ab omni seculari exactione. Si quis igitur aliquid aliquo tempore de predictis terris quacunq[ue] occasione exegerit vel reclamaverit, ego et heredes mei eas per omnia de nostro proprio adquietabimus. Quod ut ratum sit et stabile, rem gestam presenti pagine inserere et sigilli mei testimonio confirmare curavi. Testibus hiis, Goscelino de Alneto, Vitali de Similleio, Ricardo de Fontaneta, sacerdotibus, Gaufrido de Humetis, Ricardo de Similleio, Henrico de Revers, Radulfo de Burun, Willelmo Larcher.